

EUCOLIDIS ELEMENTVM DECIMVM.

DEFINITIONES.

PRIMAE, NEMPE MAGNITVDI-
nem symmetrarum.

1.

Commensurabiles magnitudines di-
cuntur illæ, quas eadem mensura me-
titur.

2.

Incommensurabiles verò magnitudines di-
cuntur, quarum nullam mensuram commu-
nem contingit reperiri.

3.

Lineæ rectæ potentia commensurabiles
sunt, quarum quadrata vna eadem superfi-
cies siue area metitur.

4.

Incommensurabiles verò lineæ sunt, qua-
rum quadrata quæ metiatur area commu-
nis, reperiri nulla potest.

5.

Hæc cum ita sint, ostendi potest, quod quæ-
tacunque linea recta nobis proponatur, ex-
istunt etiam aliæ lineæ innumerabiles eidem
com.

I